

# **Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen (Ed. Wartmann) Nr. 761**

In Christi et pro Christi nomine Salomon Constantiensis ecclesiae praesul idemque monasterii confessoris Christi Galli abba. Trado ad ipsum sancti Dei altarium cum manu advocati mei Domnici Curiensis pro requie abbatiam Favariensem, quam mihi dominus res Hludowicus suae praecepto auctoritatis, Burchardo earundem partium duce consentiente et astipulante, in proprietatem habendi, commutandi seu cuilibet condonandi concessit, cum omnibus illo legaliter aspicientibus et sequestratione terminorum atque locorum eidem monasterio Favariensi adhaerentibus, omnia plane haec ex integro ad coenobium sancti Galli contrado, astante ac manus suaue impositione sermonumque attestatione ipsam traditionem confirmante nepote meo Waldone necnon et eiusdem pueri advocate Erchangario comite, cui nimirum puero eundem prius locum profecturus in hostem, si de acie non remearem, contradidi. Igitur communis manu ac voluntate praeceptum Favariense monasterium sancto Gallo eiusque famulatoribus rata et stabili donatione contradimus, ut a sancti confessoris Christi officialibus memorata Favariensis cella procuretur, gubernetur ac perpetualiter cum divina propitiatione possideatur; sub sig. Waldonis et advocate illius Erchangeri comitis. sig. Albrici decani et advocate illius Willeharii. Signa et aliorum astantium. † Thracholf episcopus. † Hiltine episcopus. † Uodalrich comes. † Chuonrat comes. Peretholt comes. Huc comes. Adalbret comes. Ruadolf. Pirichtilo. Wito. Wolfram. Horscolf. Wito. Othere. Winidhere. Adal. Haicho. Wolfpoto. Plidger. Waldram. Toto. Adalhart. Heile. Cozzolt. Cunzo. Adalbold. Erimbret. Anshelm. Kerolt. Werin. Kerhart. Cozpret. Pernhart. Pernolt. Ego Notavi XIII annum Hludowici regis, comitem Adalbertum.